




# **Descriptio fluminum Rheni, Vahalis et Mosae a Rheno Berca ad Goricomium usque, comprehendens imperium Noviomagense, Bataviam, Tielae et Bomelii insulas, regionesque conterminas.**

<https://hdl.handle.net/1874/348720>



G 300880  
VIII Bg 43

## Geldria Ducatus.

exit. Hac quidem relatione Geldriæ descriptionem finire voluimus, si non incidisset recordatio in mentem nostram antiqui Comitatus Burenfis & Culenburghensis, qui quoque Geldriæ si non includantur, solummodo finiuntur; ideoque illos attingere æqui bonique fecimus:

*Culenburghum Comitatus.*  
Culenburghum est quidem Geldriæ feudum, sed disputatur tamen an territorio ejus debeat accendi. Adjacet levo fluminis Lecce margini, Buraque leuce tantum itinere distidet, estque oppidum luculentum & iurisdictione latis fane conspicuum ita quidem, ut faciente Philippo Hispaniarum Rege ad Comitatus faltigium surrexit. Magnis gaudet immunitatibus & privilegiis.



BRONZI ARIANIAZ DZERNA  
SITARZ DZERNAZ DZERNAZ  
ZI DZERNAZ DZERNAZ

## Geldria Ducatus.

Bura nāque Geldriæ feudum est, neque *ut quidam Bura Comitatus* volunt territorio ejus includitur, sed peculiaris quæ sitat.

Sita civitas est non procul ab Linga flumine, ad exiguum illum torrentem, quem vulgo *de Molegach* id est, fossam Molarum appellant. Prægrandi leuca Tiela distidet, oppidum prorsus mediocre & munitissima quadam arce prevalidum, quæ arx 1300. paf. in ambitu continet, quartuor turribus ornata triplicique fossa circumdata. Faltigium quoque Comitatus jacet, cui pagi complures subiiciuntur. Hodie sibi arrogat hunc & titulum & Comitatum Fredericus Henricus Princeps Aurifinus.

riæ, sed recta tenditur Aquisgranum.

Quare Aquisgranum solenni quodam ritu & velut in agnitionem immunitatis quotannis chirothecam pipere plenam mittit, quod omne onus est quo Imperii causa gravatur. At nihil omnus Regi Hispaniæ quatenus Duci Gelriæ suumq; quoque in urbem Imperium suaque est jurisdictio. Quare hujus terræ Ordines eudi hic faciunt monetam, eadem, quia in ceteris urbibus sui mixtura, ejusdemque formæ & pretii. Ad Noviomagum quod præcipuum Ducatus est oppidum pertinent imprimis Marchionatus Noviomagensis, Tila atque Bommelia una cum insula vulgo *de Bommelerweert* dicitur, & Municipio Gentia vulgo *Gent*, conventus superioris & inferioris Betavie vel Bataviæ vulgo *de Betuwe*. Postremo, quod Territorium inter annenæ, id est, ager Mosam & Vahalim interiectus conjunctum fuit cum reliqua Principum Geldriæ ditione anno Christi 1248, idque hoc pacto c. nitigit Mutualiter Otho secundus Gelriæ Dux Romanorum Regi Gulielmo marcas senel & vices mille argenti puri, ea quidem conditione, ut nisi intra constitutum tempus restitueretur idipsum argentum, oppidum Noviomagum (uti supra quoq; retulimus) Othoni ac ditione ejus accederet. Quod pactum amplioribus postea conditionibus approbat Romanorum Rex Rudolphus, quoniam pecunia illa non fuit reddita, coaluit certis quibusdam pacis Noviomagum cum hoc ipso Ducatu.

Arnhemium apud Cornelium Tacitum aliofq; scriptores priscos vocatur Arenacū, oppidum dexteræ Rhini ripæ appositum, media fere leuca, ubi id flumen in duo cornua scinditur, Noviomago simul atque Doefburgi pari duarum leucarum intervallo abjungitur. Splendet imprimis cum aliis publicis privatisque ædificiis, tum sacris præcipue. Oppidum est amplum ac laatum. Templum habet D. Eusebio sacrum. Hæc civitas quondam Gelriæ Ducum sedes erat ordinaria; quin & fixum hic Cancelleriæ domicilium Ducatus Geldriæ, à quo non dabatur, sententia pronunciata, appellatio sed solummodo revisio. Instituit porro Philippus Rex Hispaniarum 11. in hac ipsa urbe anno 1559 etiam Cameram Rationū, ad quam regios omnes per Geldriam atque Zutphaniam administratos, sive prætoram ii, five quæsturam exercerent, administrationis sua rationem referre oportebat, quæ constabat duobus rationibus Magistris & uno Secretario. Hæc est quarti in Gelria quadrantis metropolis, sub quo quadrante comprehenduntur (Zutphania quoq; adjecta) hæc oppida nempe Hattemium, Hardervicum, Wageninga atque Elburgum, quæ omnia continentur ea Geldriæ parte quæ vulgo *de Veluwe* appellatur. Est & alias juxta Arnhemium terræ tractus quem vernacula dicunt *de Veluwezoom*, ab altera quidem parte Zutphaniam; altera Wageningam usque porrigitur, secundis admodum & pulcherrimis pratis pascuisque luxurians, quibus multa pectora pascuntur.

Ruræmonda nomen sumpsit ab ostio fluminis Ruræ cui adjacet. Oppidum est civibus frequens & divitiis admodum potens, tum ædificiis quoque concinna, & situ ac moenibus valida. Templum habet Spiritui Sancto dedicatum & non ita pridem ab Romano Pontifice in Episcopalem dignitatem erectum, petente id Hispaniarum Rege. Est autem hæc civitas secunda Geldriæ Ducatus, speciatim vero secundi ejus quadrantiis metropolis, sub quo comprehenduntur oppida minora; Venloa, Geldria, Strala, Wachtendonca & Herculani mu-

ris circumdata, una cum municipiis Montfortio, Echta & Neoftadio, tum Kesselia, Midlera, & Criekenbequo. Ager Ruræmondensis fertilissimus est, propterea pecuarii passim dives. Hæc civitas uti & Venlo & Stralen ante duos aut tres annos obsessa captaque ab Aurorium Princeps Henrico Frederico, ita ut totus quadrans superior, Geldria excepta civitate, sub regime Ordinum Hollandiæ inclinat, quæ tamen hodie, ut credo, partim ab Hispanis iterum repetita sunt.

Hattemium, ampla admodum & valida civitas est Ifalæ fluminis, ripæ sinistre contermina, ac duabus Elburgo leucis abjuncta.

Elburgum adiacet sinu lacus Flevi vulgo *de Zuyderzee* distataque Hardervico duabus leucis.

Hardervicum ad eundem sinum est positum. Quondam pagus, quem Anno 1229 Otto 11. Geldriæ comes in civitatem erexit murisque firmavit. Hic Geldriæ Ducatus & Zutphania Ordines ante paucos annos celebrem scholam instituerunt.

Wageninga, vetustissimum plane est oppidum, si idem cum eo sit, quod Cornelius Tacitus Vadam appellat, parvum quidem, at validum.

Tiela dextræ Vahalim ripæ adposita, Bommelia leucus duabus abjungitur, est oppidū fane validum, cuius iurisdictione in territorium illud omne, quod ab oppidi nomine vocant vernacula de Tielerweerd, se extendit.

Bommelia ad eandem sinistram Vahalim ripam visitur, Bura duabus leucis abjuncta. Oppidum pulchrum, validum & totius Insula, quam inter se efficiunt Rheinis & Mosæ, metropolis. Quæ Insula eadem est, (Guicciardino testante) quam Cæsar appellavit Insulam Battavorum. Hic locus valde inclinavit bellis quæ inter nos & Hispanos geruntur, præsertim apparatu Admiralis Arragoniæ, quo hanc insulam vincere moliebatur; verum impeditas Conatus Princeps Mauritus Aurafinus, qui postea S. Andreæ fortalitum in extrema Insulæ ora possum, atestateque predicti Admiralis exstructum ad defensionem utriusq; Mosæ Vahalique, quos fluvios suis tormentis bellicis fecuros reddere poterat cepit.

Geldria, ipsa est civitas, quæ universo Ducatu nomen fecit, valide fatis munita, distat Strala leucus duabus milibus. Situs ejus paludosus est. Trans illam erat Trajetus Rhenoberga Geldriam usq; & ab hac, Venloam, quem Marchio Spinola fodi curabat contra incursionses nostrorum militum.

Strala Wachtendonca distat sesquileuca itinere, oppidum est parvum sed validum, quod anno 1633. Henricus Princeps Aurafinus cepit.

Venloa sita est ad dextram Mosæ ripam; oppidum fane quam validum & bonum, quod quoq; eodem anno prædictus Princeps Aurafinus invasit.

Wachtendonca imminet flumini Neri vulgo *de Niers*, & Geldria duas circiter leucis abjungitur, denudata & neutri parti addicta est.

Herculanum vulgo *Erckelens* situm est in confiniis terra Iuliensis, oppidum laustum ac Ruremonda quatuor leucis distitum, rebus pascuis amoenum. Et hæc haec tenus quidem de oppidis Geldriæ muro cinctis, quorum singula tum civibus fatis densa, tum & opibus copiosa. De non inclusis, quorum antea me minimus, proposuimus longiore deinceps sermonem non instituire, verum hoc necessarium referre existimavimus de Batoni Burgo (qui locus est vetustissimus) quem omnium primus Bato à cuius nomine vocatus hic loci exit.